Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars I. Et II. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Ex euangelio secundum Lucam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15062

Visual Library

Ex euangelio ſecundum Lucam.

Luc. 18. v. 8. VERVMTAMEN *Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?* Quando Chriſtus e cælo olim eſt venturus, cuiuſmodi, quæſo, fidem a nobis exiget? Si enim homo tantum noſtri ſimilis credi haberique vult, quis illi credere abnuat? Iudæi illi inſultantes aiebant: *Cur tu homo* (Ioan. c. 10. v. 33.) *cum ſis, facis teipſum Deum?* Ethnici quoque crucem mortemque eiuſdem audientes, id quod dicitur, tamquam de communi quopiam noſtræ conditionis homine dictum accipiunt. Ecqualem ergo fidem depoſcit? Illam ipſam nimirum, quam diuini illi præcones, (Luc. 1. v. 2.) qui & miniſtri & ſpectatores Verbi extiterunt, orbi annuntiarunt. Ioannes igitur ait: *Et Verbum caro factum eſt.* (Ioan. 1.) Factum eſt ſane caro, ſed hoc ita, vt Deus tamen eſſe non deſtiterit. Iſtiuſmodi itaque eſt fides, quam ille ſuo tempore a nobis requiret.

Ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου.

ΠΛΗΝ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐλθὼν, ἆρα εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς;] ὅταν ὁ Χριστὸς ἐξ οὐρανοῦ παραγένηται, ποίαν ἄρα ζητήσει πίστιν ἐν ἡμῖν; εἰ μὲν γὰρ ὡς ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς βούλεται πιστεύεσθαι, τίς ὁ ἀπιστήσας αὐτῷ; ἐνεκάλουν γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι λέγοντες· διατί σὺ ἄνθρωπος ὢν, ποιεῖς σεαυτὸν θεόν; ἕλληνες δὲ σταυρὸν ἀκούοντες καὶ θάνατον, ὡς περὶ ἀνθρώπου κοινοῦ διάκεινται, καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ἑνός. ποίαν οὖν ἄρα πίστιν ζητεῖ; ἢ δηλονότι τὴν ἐκκεκηρυγμένην διὰ τῶν θεηγόρων, οἳ καὶ αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γεγόνασι τοῦ λόγου; ἔφη τοίνυν Ἰωάννης, ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. γέγονε γὰρ σὰρξ μετὰ τοῦ μεῖναι θεός. αὕτη τοίνυν ἡ πίστις ἐν ἡμῖν παρ' αὐτοῦ ζητηθήσεται κατὰ καιρούς.

Finis orationis primæ Cyrilli epiſcopi Alexandriæ, ad piiſſimas reginas miſſæ.

Τέλος τοῦ προτέρου λόγου προσφωνητικοῦ παρὰ Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, πρὸς τὰς εὐσεβεστάτας δεσποίνας.

CAPVT V.

Cyrilli epiſcopi Alexandriæ oratio altera inſcripta religioſiſſimis reginis, de recta fide.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας λόγος δεύτερος προσφωνητικὸς ταῖς εὐσεβεστάταις βασιλίσσαις, περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως.

I.

EIS qui diuinum illud cæleſteque prædicandi munus adminiſtrant, vniuerſorum Deus per Iſaiæ prophetæ vocem eiuſmodi oratione hæc præcipit: *Super montem excelſum aſcende tu qui* (Iſ. 40. v. 9.)

α'.

ΤΟΙΣ τὸ θεῖον καὶ οὐράνιον ἱερουργοῦσι κήρυγμα, διὰ φωνῆς Ἡσαΐου παρακελεύεται λέγων ὁ τῶν ὅλων θεός· ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι ὁ εὐαγγελιζόμε-